



6000879973



AELII DIONYSII HALICARNASENSIS

RELIQUIAS

COLLEGIT ET ILLUSTRAVIT

Carolus Theophilus Philippus Schwartz.



TRAIECTI AD RHENUM,

APUD

KEMINK & FILIUM.

MDCCCLXXVII.

PRAEFATIO.

Nemo unquam paullo diligentius Photii Patriarchae Lexicon evolvit, quin singulas glossas inter se componens, mox animadverterit, quanta earum sit dissimilitudo et inaequalitas. Insunt multa tam inepta, tam foede corrupta, tam a sana ratione prorsus abhorrentia, ut liquido appareat aut ipsum Photium aut eius amanuensem, qui sententiae securus et alias res agens has sordes et quisquilias undique corraserit, ne suspicatum esse quidem, quid sibi vellent veteres et bonae notae Grammatici et Atticistae, quorum scrinia quam impudentissime compilaret. Huius farinae apud eum inveniuntur haud pauca et nauseam pariunt legentibus ita ut oleum et operam perdere videantur qui in his ineptiis emaculandis et recte interpretandis desudant viri docti. Iuxta haec alia se nobis offerunt, meliora quidem et minus inficeta, levia tamen et futilia, quae iam aliunde satis habemus perspecta neque multum desideraremus, si forte e codice evanuissent. Verumtamen praeter haec aut omnino ridicula et putida aut nugatoria et in-

sulsa, hic illic per totum opus dispositae, quantivis pretii comparent glossae, velut margaritae in sterquilinio emicantes, quarum prorsus diversa est ratio et natura. Propter has etiamnunc Photium magni facimus et cum delectatione quadam legimus; quidquid bonae frugis apud eum servatur et plurimum valet ad ipsos Veteres melius intelligendos mendisque tralaticiis et inveteratis liberandos, harum auctoribus prae ceteris debemus. Maximam partem succincte et sine fuco, neque tamen prorsus invenuste aut duriter sunt conscriptae; versantur in relatione et expositione earum rerum, quas 'nescire malum est'; variam et copiosam et elegantem doctrinam ubique referunt; produnt auctorem 'exemplaria Graeca nocturna versantem manu, versantem diurna' et his studiis paene immorientem. Quotquot apud Veteres, Atticos praesertim, nobiles exstitere vel poetae vel oratores vel philosophi vel denique historiarum scriptores, hos omnes sedulo lectitavit, horum omnium stilum, loquendi formulas, singula verba, quidquid unicuique esset proprium et peculiare, maxima industria et impenso studio annotavit; apud hos omnes quaecunque ei interpretationem requirere videbantur, erudite et diligenter explicuit et utilissimis Veterum testimoniis, undique petitis, corroboravit et illustravit. His tamen finibus singularis egregii viri nequaquam se continebat industria. Sanam Grammaticae rationem inprimis curabat. Quid probum et vere atticum et laudatissimorum scriptorum usu obsignatum esset, perpetuo quaerebat. Vitiosam aequalium συνήθειαν diligenter notabat et castigabat eique integram et incorruptam Atticorum ratio-

nem ex optimis fontibus haustam opponebat. Comicorum reliquiis, utpote quotidianum et domesticum et omnibus communem sermonem optime et copiosissime exhibentibus, summopere delectabatur; Cratinum, Eupolin, Aristophanem, Pherecratem, Teleclidem 'atque alios, quorum comoedia prisca virorum est', iterum atque iterum lectitando in sucum et sanguinem converterat. Neque tamen minus curae impendebat in Mediae et Novae Comoediae, quae dicuntur, primariis poëtis cognoscendis et illustrandis; praesertim omnium insignissimo, Menandro; cuius rei permagnus fragmentorum numerus, ex huius scriptis decerptus, certissimum est argumentum. Etiam Thucydidis, Xenophontis, Platonis eum fuisse studiosissimum, infra demonstrare conabimur. Iam haec affirmare nobis licet: si omnes hae, quas volumus, Glossae aut certe maior earum pars ad unum eundemque auctorem est referenda, quisquis ille fuit, optimis et eruditissimis Graeciae Grammaticis procul omni dubio est adnumerandus.

Nemo in his studiis vel mediocriter versatus ignorare possit quam egregie de Photii Lexico sint meriti duo viri clarissimi et doctrinae ubertate praesignes, Cobetus, patriae nostrae ornamentum illustrissimum et studiorum philologicorum antesignanus, et tali magistro dignus discipulus, Naberus; alter iis, quae in Mnemosyne praesertim ad Lexicographum emendandum et rectius interpretandum attulit; alter editione sua, quae superoribus omnibus tantopere antecellit, ut quamvis recens, Editio Princeps iure dici mereatur. Totum me ex his sapere, hos duces, hos magistros, hos auspices sequi, horum edictis et

placitis me obtemperare, libere fateor. Veniam, spero, habebunt quod, tali honore indignus, eorum vestigia, qua par est modestia premam et huic nobili ξυνωρίδι Pedasus aliquis adiungar funalis,

ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἕπεθ' ἵπποις ἀθανάτοισιν.

Cobetus igitur et Naberus, cum penitus perspexissent multisque idoneis argumentis demonstravissent, quod iam antea innuerant viri Clarissimi Meinekius, Ritschelius, Mauricius Schmidt, totam Photianam syllogen, qualem nunc oculis subiectam habemus, mutilam sane et curtatam, ex alienis opibus fuisse conflatam ipsumque Patriarcham, furtivis nudatum coloribus, non tam scriptorem quam descriptorem esse habendum, diligentissime et summo acumine indagare coeperunt, quibusnam potissimum Grammaticis et Lexicographis vir trium literarum bona sua esset suffuratus. Quam ardua sit eiusmodi disquisitio, quantam sollertiam et perspicacitatem, quantam cautionem et vigilantiam omni tempore requirat, nemo non intelligit. Cuncta tamen obstacula Herculeus labor perrupit et superavit. Multa quidem supersunt, quae tamquam infirmo tibicine admodum incertis fulciuntur coniecturis; plura tamen adeo solidis superstructa sunt fundamentis, ut licet ars critica omnes machinas et turres admoveat, inconcussa et illaesa sint remansura.

'Quidquid sub terra est, in apricum proferet aetas'. Multa iam digito ostendere possis, longa oblivione evanida et ex hominum memoria elapsa, quae defoderunt et in lucem protulerunt viri docti. Sic is quoque, de quo nunc agimus, per multa saecula turpiter latuit, hic illic a summis viris, qui haec

reconditiora, ut ita dicam, studia attingebant, obiter memoratus, donec tandem felix ingenium et indefessus labor virorum cll. Cobeti et Naberi eum velut ex Orco ad superos retraxerunt. Intellexerunt enim et variis argumentis abunde demonstraverunt maximam partem earum praestantissimarum, quas supra memoravimus, glossarum deberi singulari doctrinae et strenuis laboribus Grammatici de literis Graecis, si quis alius, optime meriti: AELII DIONYSII HALICARNASENSIS.

Pauca sunt quae de Dionysio nobis innotuerunt. Neque mirari licet, cum tot et tanta nobilissima antiquitatis monumenta sine vestigio perierint, ita ut vix auctoris nomen salvum ad nos pervenerit, quod Grammatici memoriam, praestantissimi quidem, sed prae illis vix memoratu dignam, 'innumerabilis annorum series et fuga temporum' obscuraverit et tantum non exstinxerit. Ἕρμαιον potius ducamus quamvis lacera et exilia nobis esse servata. Ipsi Photio magnae gratiae sunt habendae, quod virum egregium cui magnam partem suae farraginis debuerat — neque tamen in Lexico usquam memoratur — lividae oblivioni eripuerit. In Bibliothecae enim Codice 152 (p. 99 b21 editionis Bekkerianae), commemorato Timaei libello περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων, quod cum pulvisculo in suum opus transtulit, ita pergit:

Περιείχοντο δὲ τῷ αὐτῷ τεύχει καὶ Αἰλίου Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ἀττικῶν ὀνομάτων τῆς πρώτης ἐκδόσεως λόγοι πέντε, ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ ω̄ τὰς Ἀττικὰς λέξεις κατὰ στοιχεῖον ἀναγράφοντες· Σκύμνῳ δὲ τὸ σύνταγμα προσφωνεῖ. χρησιμώτατος δ' ὁ πόνος οὗτος τοῖς τε ἀττικίζειν ἔχουσι φροντίδα

καὶ τοῖς τῶν Ἀττικῶν συγγράμμασιν ἐνομιλεῖν προαιρουμένοις. ὅσαι τε γὰρ ἐπιχωριάζουσι λέξεις τοῖς Ἀθηναίοις περί τε τὰς ἑορτὰς καὶ τὰς δίκας ἐντεῦθεν ἔστιν ἐκμαθεῖν· καὶ εἴ τι ἄλλο ἰδιοτρόπως αὐτοῖς λέγεται, οὐ χαλεπὸν εὑρεῖν, μάλιστα εἴ τις μὴ τοὺς τῆς πρώτης ἐκδόσεως μόνον τόμους διερευνῴη ἀλλὰ καὶ τῆς δευτέρας ἐκδόσεως, καὶ αὐτοὺς πέντε τόμους ὄντας καὶ ἀπὸ τοῦ ᾱ μέχρι τοῦ ω̄ τὰς Ἀττικὰς λέξεις περιέχοντας, ὅσαι γε τῇ προτέρᾳ οὐ συμπεριελήφθησαν ἢ περιελήφθησαν μέν, μαρτυρίαις δὲ ταῖς οὔσαις οὐκ ἐβεβαιώθησαν· ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει πλατύτερόν τε καὶ ἀφθονώτερον αἱ μαρτυρίαι παρατέθεινται· ὧν εἴ τις τὰς δύο πραγματείας εἰς ἓν συναγαγεῖν σύνταγμα βουληθείη, χρησιμώτερόν τε τὸ φιλοτέχνημα ἐπιδείξει καὶ μετὰ ῥᾳστώνης ἐκτελέσει [1]).

Quae hic locus nos docet, praecipue sunt haece:

1. Fuit Aelius Dionysius quidam Grammaticus, Halicarnaso oriundus.

2. Scripsit Ἀττικῶν Ὀνομάτων λόγους πέντε, ordine alphabetico dispositos.

3. Dedicavit opus suum Scymno (homini aliunde ignoto).

4. Utilissimum est hoc opus, iudice Photio, iis qui Attice loqui cupiunt et Atticos scriptores penitus cognoscere sibi proposuerunt.

5. Amplectitur quaecunque Atticis et Atheniensibus sunt propria, inprimis quae cum rebus sacris et cum rebus forensibus sunt coniuncta; neque tamen res diversi argumenti inventu sunt difficiles.

6. Exstabat Photii aetate huius glossarii recensio duplex, hanc ad normam comparata, ut recentior,

---

1) Scripturae nulla fere est discrepantia. In fine fortasse praestaret ἂν ἐπιδείξειε (vel potius ἀποδείξειε) et ἐκτελέσειε. Sed nihil ad rem.

eundem librorum numerum amplectens, plurimas contineret glossas in prima editione omissas, aut glossis in priore editione nullis veterum testimoniis instructis, χρήσεις illas pretiosissimas, quibus initio caruissent, deinde subiungeret.

7. Auctor est Photius, ut duae recensiones, quarum altera est plenior et copiosior, in unum cogantur; opus haud ita arduum et Graecitatis studiosis utilissimum.

Videamus paullo accuratius de singulis.

Apud Suidam in v. Διονύσιος, haec leguntur: Διονύσιος, Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασσεύς, ῥήτωρ. καὶ παντοίως (e Porti coniectura; Codd. παντοῖος) λόγιος, γέγονε δὲ ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος Ἀττικιστοῦ. Vixit igitur noster Hadriani aetate, quo tempore plurimi doctissimi Grammatici et Rhetores floruerunt; proavum habuit celeberrimum illum Romanarum antiquitatum Scriptorem, quem biennio post victoriam Actiacam e patria Romam transmigrasse, ipsius verba in initio operis posita declarant.

Unde Suidas glossulam suam duxerit nemo, opinor, unquam expiscabitur; potest, ut ex ipso Photio, quem de Aelio verbo rettulisse non improbabilis est coniectura. Utut est, iam difficillima oritur quaestio de alio quodam Dionysio Halicarnassense, ab eodem Suida paullo ante his verbis commemorato: Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, σοφιστής, καὶ Μουσικὸς κληθεὶς διὰ τὸ πλεῖστον ἀσκηθῆναι τὰ τῆς μουσικῆς· ἔγραψε δὲ ῥυθμικῶν ὑπομνημάτων βιβλία κδ΄. Μουσικῆς ἱστορίας βιβλία λϛ΄· ἐν δὲ τούτοις αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν καὶ ποιητῶν παντοίων μέμνηται. Μουσικῆς παιδείας ἢ διατριβῶν βιβλία κβ΄. Τίνα μουσικῶς εἴρηται ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ, βιβλία ε΄.

Non cuiusvis esse inter paene innumeros Dionysios, qui aut rebus gestis aut scriptis apud veteres inclaruerunt, distinguere velle et suum cuique tribuere, documento esse possunt quae viro ceteroquin omni laude dignissimo, Ioanni Meursio, cum hoc ipsum temptaret, minus prospera acciderint. Meursius enim, qui de rebus egit paene infinitis et in nullo literarum angulo se hospitem esse probavit, tum de multis aliis argumentis 'singulares' composuit libellos, tum de variis Dionysiis [1]). Miramur hominis industriam; duodesexaginta huius nominis undique eruit, quorum opera recenset, aetatem diiudicat, merita illustrat. Addit de singulis veterum testimonia; detegit fragmentorum latibula. Cum tamen ponderosum volumen morae impatiens evolverem, nullus dubitans, quin multa ad meum argumentum spectantia inde auferrem, mox mirari coepi nusquam Aelii nomen comparere, iterum atque iterum evolvi, denique intellexi Dionysiorum, quotquot unquam fuerunt, paene principem in singulari de Dionysiis libello fuisse praetermissum. Quod portentosum videtur; sed prodigium illud alio prodigio cumulavit. Agit enim explicite de Dionysio Musico, adscripta Suidae, quam supra indicavimus, annotatione. Eiusdem verba citat de Dionysio ἀρχαιολογίας scriptore; sed nescio quo casu — talia molientibus fas est obrepere somnum — subsistit in voce γεγονότος; Ἀττικιστοῦ et atticistam ipsum omittit et rei securus telam suam pertexit. Itaque homo ille eru-

1) Vide Ioannis Meursii Opera ex Recensione Ioannis Lami. Vol V. p. 74 sqq. Praeterea de Dionysiis egerunt Is. Vossius et Fabricius in Bibl. Gr. IV. p. 405—413.

ditissimus, qui haec omnia sedulo collegerat et per multos menses animo versaverat, omnemque moverat lapidem ne abditissima quidem et minutissima eum laterent, imprudens illum praeteriit, qui paucis exceptis, omnes Dionysios in docta commentatione enumeratos longe longeque superat. Ipsum Atticistam, ut ita dicam, digitis tractat, calce premit; nihil ei subolet; Musici imagine falsus, Grammaticum elabi patitur.

Melius res cessit Ioanni Ionsio qui in libro doctissimo de scriptoribus Historiae Philosophicae, qui anno MDCCXVI Ienae prodiit, libri tertii capite octavo quinquaginta quinque recenset Dionysios, quorum agmen ducit 'Aelius Dionysius Halicarnassensis iunior', cuius Lexicon Rhetoricum ex Eustathio commemorat, laudata Suidae de Dionysii Musico annotatione. Existimavit igitur Dionysium Musicum et Aelium Dionysium Grammaticum unum eundemque fuisse. Non multum hac in re tribuendum Ionsio, qui paucis verbis et obiter hanc quaestionem attingit. Sed plurimum valere debet in tali argumento Ludolfi Kusteri iudicium, praestantissimi Suidae saeculo superiore editoris, quem eandem sententiam secutum esse invenio; plurimum inprimis Naberi, Viri Clarissimi, qui haec omnia quam diligentissime tractavit, opinio [1]). Non tamen omnem scrupulum mihi evellerunt. Naberus vix credibile ratus Dionysium quinque totos libros conscripsisse 'de iis, quae in Platonis Republica Musice dicta sunt', *Ἀττικῶν ὀνομάτων* excidisse inscriptionem quamvis dubitanter coniecit [2]). Sed levissimam hanc

---

1) Contra Musicum a Grammatico distinguere videtur Lobeck. Aglaoph. I. p. 352.

2) In Prolegomenis ad Photii Lexicon p. 24.

esse coniecturam ipse vir cl. sine dubio concedet; praesertim, cum nulla operum Grammaticorum praecedat mentio, cum ne verbo quidem indicatum sit, hunc Dionysium Musicum etiam studiis literariis et Rhetoricis operam dedisse? Neque de ipsa lectione prorsus constat; non ε', sed ἔτι legebatur in Editione Aldina, quod in ἑπτά mutandum esse suspicatur Meursius. Diligentissime quaerenti decem mihi contigit reperire locos, ubi Dionysii Musici excitatur memoria [1]). Quattuor apud Suidam (vv. Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς, Ἡρωδιανός, Παμφίλη, Σωτηρίδας); unus apud Steph. Byz. in v. Ὑδρέα (de Euage Hydriota, poëta comico, quem pastorem fuisse memorat Δ. εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς Μουσικῆς ἱστορίας); unus apud Schol. Aristidis ed. Dindorf p. 537; quattuor apud Porphyrium in Commentario ad Claudii Plotemaei Harmonica [2]) p. 219 (Δ. ὁ μουσικὸς ἐν α' τῶν Ὁμοιοτήτων), 267, 269, 277 [3]). Nusquam tamen Aelii nomen additum inveni. Praeterea, si re vera tot libros [4]), tam amplos, tam copiosos de Musica conscripsisset, tantumque in hac arte profecisset, ut inde Musici cognomen nactus

1) Itaque paullo festinantius egit Naberus, scribens 'opera de Musica sine vestigio periisse'.

2) Edidit Ioannes Wallisius. Oxoniae MDCLXXXI.

3) Praeterea verisimillimum est Dionysium illum, quem Suidas in v. Ἀντιφάνης de poëtae patria scripsisse tradit, Dionysium fuisse Musicum, qui talia inprimis curabat. Quod Fr. Iacobsius in Anthol. Graeca Vol. XIII. p. 885 epigrammata nonnulla, partim Διονυσίου σοφιστοῦ inscripta partim anonyma, eidem tribuenda esse existimat, vereor ut cuiquam sit persuasurus.

4) Dionysium Musicum praeter libros a Suida laudatos etiam alios conscripsisse demonstrat locus Porphyrii modo citatus, ubi liber περὶ Ὁμοιοτήτων adducitur, cuius apud Suidam nulla exstat mentio.

esset; si tantum eius valuisset auctoritas, ut apud diversissimos auctores ad testimonium dicendum excitetur; num credibile videtur neque Photium, quem tanti Dionysium fecisse supra vidimus, neque Eustathium, qui toties eum memorat, ne uno quidem verbo de eius studiis Musicis fuisse dicturos? Nobis persuadebimus, unum eundemque virum modo Musicum, modo Atticistam fuisse cognominatum, praesertim cum in tanta multitudine Dionysiorum certissimis indiciis opus esset, ne diversi confunderentur? Nonne potius censebimus, cum ambo Dionysii essent, ambo Halicarnaso oriundi, ambo aetate suppares, illa cognomina iis indita fuisse ad alterum ab altero distinguendum? In tanta copia Dionysiorum, nihil impedit quominus statuamus, duos fuisse ex eadem patria ortos, qui eodem tempore vixerint suisque scriptis, de Musica alter, alter de Grammatica, memoriam et famam apud posteros sint consecuti.

Erant qui etiam historiae conscribendae Nostrum operam dedisse censerent. In Photii Bibliotheca Cod. 161 p. 104 a 12 ed. Bekker. Sopater Sophista tum ex aliis fontibus septimum Eclogarum librum hausisse dicitur tum ἐκ τῶν Αἰλίου Δίου περὶ Ἀλεξανδρείας. Δίου e codice Veneto restituit Bekkerus, ceteris summa constantia δι' οὗ exhibentibus, quod compendium nominis Dionysii esse perperam arbitratus, Αἰλίου Διονυσίου reposuit Andreas Schottus, quod probavit Hoeschelius. Putabant enim eundem designari, cuius mentio fit in Anonymi Scholio de Periplo Scylacis Caryandaei in Cod. Paris. N°. 443: Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησίν, ὅτι Δαρείῳ προσε-

φώνησε τὸ φρόντισμα. Ita enim vulgo haec legebantur [1]). Sed novissimus Geographicorum editor Carolus Mullerus [2]), Codice Parisino iterum excusso non Διονύσιος, sed Διός ibi scriptum invenit, quod, in auxilium vocato loco Photiano, in Δῖος mutandum esse perspexit. Quis tamen fuerit Dius iste aut quo tempore vixerit, ignoramus. Memoratur autem apud Flavium Iosephum [3]) Dius aliquis, Rerum Punicarum scriptor, quem eundem fuisse satis probabile videtur. Utut est, fabula ista de Aelio Dionysio Historico iam explosa est neque, censeo, unquam reviviscet.

Ex Herodoti patria nostrum originem duxisse, multi confirmant [4]). Sed facile iis carere possumus; testem enim nobis producere licet omnium fide dignissimum, ipsum Aelium Dionysium, apud Eustathium (p. 368. 29) de sua patria disserentem. Origine eius explicata, haec subiungit: οὐδὲν ἂν ἴσως κωλύοι καὶ ἐν Καρίᾳ εἶναί τινα Ἀττικὴν φωνὴν καὶ ἐν ταῖς Ἀθήναις Καρικήν, φωνὴν

---

1) Cf. Geogr. Graeci Minores ed. Io. Fr. Gail. Oxon. 1826. Vol. I. p. 234, de quo loco egit Dodwellius apud eundem p. 169; Hecataeus et Scylax ed. Clausen p. 255. Qui hunc locum praeterea attingit Iac. Gronovius in Dissertatione de Scylace p. 18 spurcissimis, ut solet, conviciis insectatur Editorem Anglicum, quod non statim perspexisset Aelium Dionysium eundem esse, qui apud Eustathium toties occurrat. Quae tamen ipse profert, non uno nomine sunt vitiosa.

2) Cf. Carol. Muller. Geographi Graeci Minores Vol. I. p. 33.

3) Cf. Ant. Iud. VIII. 5. 3; Contra Apion. I. 17.

4) Vd. Eustathium p. 228. 38; 1430. 37; Etym. M. p. 227. 36; Schol. Theocr. I. 12 (p. 6 a 37 ed. Dübner.); Schol. Hom. Il. O. 735 (p. 335 a 18 ed. Bekker.); Schol. Plat. Rep. V. 470 D; Hellad. in Photii Biblioth. p. 532 a 24; Boisson. Anecd. Gr. I. p. 413. Apud Eustathium bis Διονύσιος Αἴλιος appellatur (p. 207. 4; 735. 55); semel Αἴλιος (p. 421. 29).

'Αττικήν (addit Archiepiscopus) σεμνῶς εἰπὼν τὴν ἑαυτοῦ. Recte, ut videtur, e Praefatione operis haec desumpta esse statuit Cobetus. Videmus hominem, quem Halicarnasi vitam transegisse ex hoc loco coniicere licet, non sine iactantia quadam de patria sua loquentem. Dorismi, multo magis Carismi sui eum quam plurimum pudet et purum putum Atticum se probare conatur. Facile tamen ei ignoscimus, sicubi recordamur eiusmodi fastum cunctis eius aetatis magistris et magistellis fuisse communem; vulgus profanum et indoctum spernebant et detestabantur; se ipsos mediis Athenis natos esse existimabant, si quando λοῦσθαι pro λούεσθαι aut ὀμώμοκα pro ὤμοκα, quibus formis vitiosissimis tunc omnes utebantur, aut dixissent aut scripsissent. Sed ad Nostrum redeo. Ipsum cognomen Hadriani arguit aetatem [1]; accedit Suidae auctoritas. Hoc imperante quam maxime floruisse studia Grammatica et Rhetorica, omnibus est notissimum.

Libri titulus varie traditur [2]. Probabile tamen videtur fuisse qualem a Photio accepimus: 'Αττικῶν ὀνομάτων. Quae praeterea tradidit Patriarcha de ordine alphabetico et de numero librorum aliorum quoque testimoniis confirmantur. Non primae tantum, sed

1) Vide Piersoni Praef. ad Moeridem, p. 46, ubi enumerantur Aelius Aristides, Aelius Harpocration, Aelius Herodianus, Aelius Asclepiades, Aelius Theo Alexandrinus, Nostri fere aequales.

2) Apud Eustathium semel 'Αττικῶν 'Ονομάτων (p. 368. 29); quater λεξικόν (p. 84. 16; 341. 5; 396. 22; 801. 60); quater λεξικὸν ῥητορικόν (p. 239. 32; 455. 39; 1160. 16; 1220. 45); apud Eustath. ad Dion. Per. vs. 912 περὶ 'Αττικῶν λέξεων; apud Schol. Hom. O. 705 'Αττικῶν 'Ονομάτων; apud Schol. Hermog. in B. A. p. 1073 ἐκλογὴ τῶν 'Ονομάτων; apud Boisson. A. G. I. p. 411 περὶ λέξεων; apud eundem p. 413 περὶ χρήσεως 'Αττικῶν 'Ονομάτων.

etiam secundae literae ab Aelio rationem esse habitam, apparet e loco Eustathiano p. 772. 62, ubi memorat se non, ut vulgo scribitur χιλός apud Dionysium invenisse, sed χειλός, ὡς ἡ αὐτοῦ στοιχειακὴ ἀκολουθία βούλεται. De libri partitione conferendus est, quem iam laudaverunt Cobetus et Naberus, Schol. Hom. Il. O. 705: Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τετάρτῳ Ἀττικῶν Ὀνομάτων οὕτως ἔφη. Agit enim de interaspiratione ad vocem Φίλιππος. Eodem modo Pamphili Lexicon, quamvis ordine alphabetico dispositum, nonaginta quinque [1]) constabat libris. Quam vero rationem in hac Lexicorum distributione Glossographi sint secuti, difficillima est quaestio, de qua agere longum est et ab hoc proposito alienum.

De duplici operis recensione suspicionem protulit Naberus [2]) alteram editionem, quam plurima Photius amplexam esse testatur, quae in priore desiderarentur, re vera nihil aliud fuisse quam opus ipsum integrum et illibatum, quale e Nostri scriniis in lucem prodierit; illud more suo Grammaticastros excerpsisse et denuo edidisse, resectis maximam partem veterum testimoniis, quorum pretium ignorarent. Photium tamen, obesae naris hominem, cui huius fraudis nihil suboleret, duo lexica se legere ratum esse, cum re vera unum idemque esset, modo integrum, modo excerptum. Ingeniosius, ut mihi quidem videtur, quam verius. Fuerit sane homo stolidus Patriarcha Constantinopolitanus, quis unquam tanta fuit oscitantia, tanta ingenii imbecillitate et somnolentia, cui duos libros

---

1) Aut quinque et quadringentis? Adi M. Schmidtii Quaestt. Hesychianas p. 41.

2) Prolegg. p. 48.

quotidie diligenter et impenso studio evolventi, scrutanti, rimanti, excerpenti, componenti, coniungenti, nunquam in mentem venerit altero nihil aliud contineri quam alterius fragmenta et excerpta? Praeterea si quis operam dare vellet, ut ambae recensiones in unum cogerentur, utilissimum fore hunc laborem iudicat Patriarcha. Quam tamen utilitatem cuiquam praebere posset operi integro compendium superadditum? Fac tamen quam Photius priorem vocat editionem e superiore fuisse contractam, non utramque coniungere, sed posteriore tantum uti sani fuisset hominis, quippe quae omnes contineret glossas in priore neglectas aut parcius veterum *χρήσεσιν* exornatas. Quin etiam glossae duplices, triplices, interdum quadruplices, quas ex utraque Lexici recensione fluxisse novimus, luculenter ostendunt non modo secundam editionem prima fuisse pleniorem, sed etiam in nonnullis ab ea deflexisse. Unum certe adducere possum locum, unde liquido apparet Dionysium in altera editione nonnihil immutasse et correxisse. Apud Eustathium p. 1944. 6 legimus: *ἦν δέ, φησι* (Dionysius) *Ἐλαία πόλις ἐν Ἰταλίᾳ· ἐν μέντοι ἑτέρῳ ῥητορικῷ λεξικῷ γράφει, ὅτι Ἐλαία Αἰολὶς πόλις, Ἐλέα δέ ἐν Ἰταλίᾳ. καὶ ζητητέον* (addit Eust.) *ποία γραφὴ ἀκριβεστέρα ἐστίν.* [1]) In priore editione scripserat: *Ἐλαία: πόλις ἐν Ἰταλίᾳ*; sed postquam *αἱ δεύτεραι φροντίδες* eum meliora docuerunt, accuratius distinguit: *Ἐλαία (μὲν) Αἰολὶς πόλις, Ἐλέα δὲ ἐν Ἰταλίᾳ.* Descriptor haec immutata reliquisset; in hac *διορθώσει* ipsam auctoris agnoscimus manum.

Scymno librum fuisse inscriptum confirmat Eu-

---

1) Cf. etiam annotationem de voce *κλεισίον* (Eustath. p. 1957. 62).

stathius (p. 228. 38): ʼΑ. Δ. Ἁλικαρνασσεὺς ἐν οἷς γράφει πρὸς Σκύμνον. Hoc etiam fortasse indicio esse possit, eum in patria opus suum edidisse; si enim Romam commigrasset, non Graeco homini, sed Romano potius suum librum dedicasset. Sed haec non magni esse facienda ultro concedo.

Utrumque Lexicon usque ad Eustathii aetatem superfuit. Dolebant viri docti tantas opes interiisse. Nostro tamen tempore certo certius constat, bonam partem Aeliani operis αὐτολεξεί apud Photium, Suidam, Phrynichum, alios exstare. Doctissimi Atticistae memoriam instaurare, laborem resuscitare, honorem redintegrare, dummodo tali muneri non prorsus simus impares, aliquatenus nostrae diligentiae sit concessum!

Apud Eustathium, ut ab iis initium faciam, quae sine ullo dubio Nostro sunt reddenda, centies et undenonagies Aelii Dionysii nomen occurrit. Vocabula, de quibus agit, sunt haece:

1. ἄβρα (p. 1854. 17).
2. ἀβυρτάκη (p. 1854. 20).
3. ἀγαθοῦ δαίμονος (p. 1471. 32).
4. ἀγαθώτερος (p. 1384. 50).
5. ἀγγαρεύομαι (p. 1854. 31).
6. ἄγγαρος (p. 1854. 28).
7. ἀγγαροφορεῖν (p. 1854. 30).
8. ἀγείρειν (p. 1430. 37).
9. ἄγημα (p. 1399. 61).
10. ἄγνος (p. 1638. 10).
11. ἄγριαι στρουθοί (p. 228. 38).
12. ἄγριος ἔλαιος (p. 1944. 8).
13. ἀέλιοι (p. 648. 50).
14. ʼΑθηναῖαι (p. 84. 18).
15. αἰγίς (p. 603. 16).
16. αἱμασιά (p. 1851. 24).
17. αἴνειν (p. 801. 57).
18. ἄκασκα (p. 668. 28).
19. ἀκέανοι (p. 1528. 44).
20. ἀκέστρια (p. 1647. 58).
21. ʼΑκράγας (p. 1390. 50).
22. ἀλάβαστρον (p. 1161. 30).
23. ἀλήθεια (p. 1579. 26).
24. Ἁλικαρνασσός (p. 368. 29).
25. ἁλικράς (p. 1559. 50).
26. ἀλλὰ ἀλλʼ ἄναξ (p. 239. 20).
27. ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς (p. 589. 41).
28. ἄμβωνες (p. 1736. 48).
29. ἄμπωτις (p. 1716. 42).
30. ἀμφίκαυστις (p. 1446. 20).

31. ἀμφιτάπητες (p. 746. 39).
32. ἄνακοι (p. 1425. 59).
33. ἀνασεισίφαλλοι (p. 1413. 33).
34. ἀντήλια (p. 1562. 40).
35. ἀνύω (p. 1217. 1).
36. ἅπαν (p. 1434. 1).
37. ἀρδάνιον (p. 707. 35).
38. ἀρεστήρ (p. 1178. 52).
39. ἁρπάγη (p. 1390. 50).
40. ἀρρενικόν (p. 913. 57).
41. ἄσβολος (p. 1390. 50).
42. ἀστόξενος (p. 405. 37).
43. αὐθέντης (p. 1350. 34).
44. ἀχέτης (p. 1481. 52).
45. ἀχυρός (p. 1648. 30).
46. βαλβίς (p. 1404. 55).
47. βασίλεια (p. 1425. 25).
48. βατήρ (p. 1404. 57).
49. βῆ (p. 1721. 28).
50. βλόψ (p. 768. 13).
51. βουνός (p. 880. 30).
52. βριμοῦται (p. 1413. 32).
53. βυσσαύχην (p. 207. 4).
54. βῶλος (p. 1390. 50).
55. γάλως (p. 648. 26).
56. γέλοιος (p. 205. 43).
57. γένεια (p. 1257. 56).
58. γέρην (p. 231. 35).
59. γέρρον (p. 1924. 4).
60. γεώλοφον (p. 962. 16).
61. γρώνη (p. 1307. 23).
62. Δαῖρα (p. 456. 13; 648. 41).
63. δάπιδες (p. 1369. 43).
64. δένδρον (p. 396. 22).
65. δενδρυάζειν (p. 396. 27).
66. δεῦρο (p. 398. 29).
67. δημιουργός (p. 1825. 8.).
68. δημοῦσθαι (p. 901. 11).
69. διακυνοφθαλμίζεσθαι (p. 756. 61).
70. διαληκᾶσθαι (p. 1208. 42).
71. διαττᾶν (p. 749. 14).
72. Δίες (p. 1384. 46).
73. διέτης (p. 341. 4).
74. δίκορσον (p. 947. 28).
75. δίοπος (p. 203. 14).
76. δόναξ (p. 1165. 20).
77. δορίδες (p. 243. 6).
78. δορύξενος (p. 405. 38).
79. δοχμή (p. 1291. 43).
80. δωριάζειν (p. 957. 37).
81. ἔα (p. 1761. 51).
82. ἐγγλωττογάστορες (p. 1825. 15).
83. ἐγχέλεια (p. 1281. 36).
84. ἔγχελυς (p. 1281. 35).
85. ἐγχρίσαι (p. 1450. 35).
86. ἐδέατρος (p. 1403. 41).
87. ἐθάς (p. 1480. 12).
88. ἐθελοντής (p. 800. 30).
89. ἐθελω (p. 800. 28).
90. εἰθύφαλλος (p. 1413. 32).
91. εἴκοσι (p. 1417. 30).
92. εἰνατέρες (p. 648. 48).
93. εἶπον (p. 1435. 62).
94. εἰστρυπᾶν (p. 1532. 5).
95. εἶτα (p. 1158. 39).
96. ἐκτρυπᾶν (p. 1532. 5).
97. Ἐλαία (p. 1944. 6).
98. ἐλαίας (p. 1944. 6).
99. ἐλαολογεῖν (p. 1944. 6).
100. ἐμμέλεια (p. 1167. 19).
101. ἐμπαλασσόμενοι (p. 527. 18).
102. ἐν χρῷ κουρά (p. 1450. 32).
103. ἐξέχειν (p. 881. 42).
104. ἐξωμίς (p. 1166. 51).
105. ἐοργή (p. 219. 25).
106. ἐοργίζεσθαι (p. 219. 25.
107. ἐπακτροκέλης (p. 1871. 61).
108. ἐπίδεσμα (p. 1390. 50).
109. ἐπίπαστα (p. 1278. 55).
110. ἐρκάνη (p. 969. 1).

111. *ἔρκη* (p. 969. 1).
112. *ἔρμα* (p. 976. 32).
113. *ζμῆγμα* (p. 217. 28).
114. *ζμικρόν* (p. 217. 28).
115. *ζμινύη* (p. 217. 29).
116. *ζυγόν* (p. 1390. 50).
117. *ἦδος* (p. 1417. 18.
118. *ἡδυλισμός* (p. 1417. 18).
119. *ᾔθεος* (p. 1166. 34).
120. *ἤλεκτρα* (p. 1483. 30).
121. *ἤνεγκον* (p. 1435. 62).
122. *ἡνίοχοι* (p. 576. 41).
123. *Ἡράκλεια* (p. 338. 24).
124. *θαλάμαι* (p. 906. 50).
125. *θαλλός* (p. 1557. 32).
126. *θαλλοφόροι* (p. 1557. 35).
127. *θαμάξιον* (p. 1387. 5).
128. *θεμέλια* (p. 1390. 50).
129. *θεὸς θεός* (p. 258. 26).
130. *θίς* (p. 1390. 50).
131. *θόλος* (p. 1390. 50).
132. *θύμον* (p. 1390. 50).
133. *ἰατρός* (p. 859. 29).
134. *ἰδιόξενος* (p. 405. 36).
135. *ἰδύους* (p. 1158. 20).
136. *ἰλλώπτειν* (p. 206. 31).
137. *Ἴμβριοι* (p. 1222. 33).
138. *ἱμονιά* (p. 1453. 5).
139. *ἰνᾶσθαι* (p. 877. 12).
140. *ἱππάκη* (p. 916. 16).
141. *Ἰταλοί* (p. 1896. 50).
142. *ἰτέα* (p. 911. 62).
143. *καθημαξευμένως* (p. 1387. 5).
144. *κακκάβη* (p. 1390. 50).
145. *κάλη* (p. 1481. 52).
146. *κάλλαια* (p. 1278. 50).
147. *κάπραινα* (p. 1183. 18).
148. *καπρᾶν* (p. 1183. 18).
149. *κάρδακες* (p. 361. 39).
150. *καρδιώττειν* (p. 1508, 52).
151. *καρηβαρεῖν* (p. 1461. 25).
152. *καρηβοᾶν* (p. 1461. 26).
153. *κατὰ κόρρης* (p. 947. 26).
154. *κάχρυς* (p. 1845. 41).
155. *κέδρον* (p. 1390. 50).
156. *κελέοντες* (p. 884. 17).
157. *κῆπος* (p. 907. 40).
158. *κλείσιον* (p. 1957. 59).
159. *κόρρη* (p. 947. 26).
160. *κράστις* (p. 1220. 46).
161. *κρίβανος* (p. 1511. 12).
162. *κύξ* (p. 768. 12).
163. *Λακεδαίμων* (p. 249, 41).
164. *λεσβιάσαι* (p. 741. 14).
165. *Λέσβιον ᾠδόν* (p. 741. 15).
166. *λευκὴ στάθμη* (p. 1531. 63).
167. *λευκός* (p. 455. 37).
168. *λίβηθρὰ* (p. 1235. 58).
169. *λίγδος* (p. 1926. 52).
170. *λιμός* (p. 1390. 50).
171. *λυκοφιλίως* (p. 809. 42).
172. *μάγαρον* (p. 1387. 18).
173. *μαλακὸς κηρός* (p. 1710. 21).
174. *μάμμη* (p. 971. 20).
175. *μανδύας* (p. 1853. 60).
176. *μασταρύζειν* (p. 1496. 51).
177. *μεῖραξ* (p. 1390. 50).
178. *μέσαυλος θύρα* (p. 862. 16).
179. *μήκων* (p. 1390. 50).
180. *μόλυβδος* (p. 1340. 29).
181. *μυστίλαι* (p. 1476. 63).
182. *νεοττός* (p. 228. 44).
183. *νεῶνας* (p. 1562. 34).
184. *νὴ τόν* (p. 1450. 42).
185. *νῶτον* (p. 1390. 50).
186. *ξυρήκης* (p. 939. 12).
187. *ὅα* (p. 1828. 48).
188. *οἶσθα* (p. 1773. 30).
189. *οἶσον* (p. 1533. 57).
190. *ὀλίγον* (p. 1160. 17).

191. ὄμφαξ (p. 1390. 50).
192. ὄροφος (p. 1390. 50).
193. ὄττα (p. 964. 63).
194. ὀττεύεσθαι (p. 964. 63).
195. οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας (p. 455. 39).
196. οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐστυχὼς ἀνήρ (p. 455. 40).
197. πάλη (p. 898. 7).
198. παλλάκια (p. 1419. 50).
199. παρώπιον (p. 878. 45).
200. πασσυδί (p. 166. 18).
201. παστά (p. 1278. 55).
202. παῦ (p. 1408. 28).
203. παυσικάπη (p. 1280. 36).
204. παυσινύσταλον (p. 1493. 51).
205. πελιδνός (p. 735. 50).
206. πέντε (p. 1417. 31).
207. πόρπαξ (p. 905. 52).
208. πρόξενοι (p. 405. 36).
209. προπόλιος (p. 1330. 7).
210. προτέλεια (p. 881. 25).
211. προὔνεικος (p. 983. 47).
212. πτερνίς (p. 870. 27).
213. πτύον (p. 948. 19).
214. πυαρίτης (p. 1626. 7).
215. πύνδαξ (p. 948. 19).
216. πύος (p. 1626. 5).
217. ῥᾳδιουργία (p. 1509. 44).
218. ῥᾳδιουργός (p. 1509. 44).
219. ῥάξ (p. 1485. 58).
220. ῥινᾶν (p. 1822. 43).
221. ῥόφειν (p. 1430. 40).
222. ῥωπίζειν (p. 927. 59).
223. ῥωποπερπερήθρα (p. 927. 56).
224. ῥῶπος (p. 927. 54).
225. σακεύειν (p. 940. 18).
226. σάκος (p. 940. 18).
227. σηκός (p. 1625. 24).
228. σίαλον (p. 1625. 24).
229. σιγμός (p. 813. 44).
230. σιλλοῦν (p. 204. 25).
231. στάδιον (p. 1390. 50).
232. στρύχνος (p. 1390. 50).
233. στρωματόδεσμον (p. 1390. 50).
234. σῶς (p. 959. 42).
235. Τάρας (p. 1390. 50).
236. τάριχος (p. 1390. 50).
237. ταρροί (p. 1625. 18).
238. ταυρᾶν (p. 1183. 18).
239. τέμαχος (p. 1390. 50).
240. τευτάζειν (p. 968. 3).
241. τηθαλλαδοῦς (p. 971. 20).
242. τίτις (p. 229. 26).
243. τρυσίππιον (p. 1517. 8).
244. τύλη (p. 1390. 50).
245. ὕαλος (p. 1390. 50).
246. ὑπαντάξ (p. 1442. 3).
247. ὑπέρινος (p. 877. 12).
248. ὑποσακίζειν (p. 740. 22).
249. φάλαγξ (p. 924. 6).
250. φάρυγξ (p. 1390. 50).
251. φάσκωλος (p. 1446. 5).
252. φράτορες (p. 239. 32).
253. φράτρια (p. 239. 31).
254. χαμᾶζε (p. 999. 32).
255. χάραξ (p. 1390. 50).
256. χειλός (p. 772. 63).
257. χειμάρρους (p. 858. 41).
258. χιτών (p. 1166. 51).
259. χορδή (p. 421. 28).
260. χορτάζεσθαι (p. 383. 52).
261. χορταῖος (p. 1166. 53).
262. χοῦς (p. 1390. 50).
263. χύρρε (p. 1752. 31).
264. ψατάλλειν (p. 1914. 22).
265. ψύλλα (p. 1390. 50).
266. ᾠά (p. 1828. 38).
267. ὤζειν (p. 1279. 36).
268. ὤνευον (p. 862. 38).

269. ὠτεκάταξις (p. 1324. 37). 270. ὦτος (p. 561. 4).

Aelii annotationes ad haec vocabula cum Photio, ubique Codex Galeanus lacunosus est, cum Suida, cum Sexto Lexico Bekkeri, cum Phrynichi Σοφιστικῇ παρασκευῇ et cum eiusdem Ecloga, secundum editionem Lobeckianam, comparavi. Sequuntur quae ex communi fonte mihi fluxisse videntur:

1. ἅβρα (Suid.; B. A. p. 322. 12).
2. ἀβυρτάκη (Suid.; B. A. p. 323. 26).
3. ἀγαθοῦ δαίμονος (Suid.; B. A. p. 327. 61; 334. 4).
4. ἀγαθώτερος (Phryn. Lob. p. 92).
5. ἀγγαρεύομαι (B. A. p. 325. 6).
6. ἄγγαρος (Suid.; B. A. p. 325. 2, 13; cf. p. 455. 31).
7. ἀγγαροφορεῖν (B. A. p. 325. 10).
8. ἀγείρειν (B. A. p. 331. 14; Suid. v. ἀγύρτης).
9. ἄγημα (Suid.; B. A. p. 327. 26).
10. ἄγνος (Suid.; B. A. p. 324. 15.).
11. ἄγριαι στρουθοί (Suid. v. στρουθός).
12. ἄγριος ἔλαιος (B. A. p. 339. 28).
13. Ἀθηναῖαι (Suid.).
14. αἰγίς (Suid.; B. A. p. 354. 4).
15. αἱμασιά (Suid.; B. A. p. 356. 6).
16. αἰνεῖν (B. A. p. 360. 32).
17. ἄκασκα (B. A. p. 371. 1).
18. ἀκέανοι (Suid.; B. A. p. 371. 7).
19. ἀκέστρια (Phot. v. ἠπήτην; B. A. p. 364. 8. 15; Phryn. Lob. p. 91).
20. ἀλάβαστρον (Suid.; B. A. p. 374. 6).
21. ἀληθεία (Phot. v. εὐκλεία).
22. ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς (Suid.).
23. ἄμβωνες (Phryn. Bekk. p. 12. 3).
24. ἀμφιτάπητες (Suid. v. ἀμφίταποι; B. A. p. 389. 15).
25. ἀνύω (Suid.; B. A. p. 411. 28; Phryn. Bekk. p. 14. 17).
26. ἅπαν (Suid.; B. A. p. 416. 11).
27. ἀρδάνιον (Suid.; B. A. p. 441.30).
28. ἀρεστήρ (Suid.; B. A. p. 443. 32).
29. ἁρπάγη (B. A. 446. 10).
30. ἄσβολος (Suid.; B. A. p. 450. 32; Phryn. Bekk. p. 17. 22; Phryn Lob. p. 113).
31. ἀστόξενος (Phot. v. ἰδιόξενος; B. A. p. 456. 5).
32. αὐθέντης (Suid.; B. A. p. 463. 4; Phryn. Bekk. p. 15. 9; Phryn. Lob. p. 120).
33. ἀχυρός (Phryn. Bekk. p. 7. 21).
34. βασίλεια (Phryn. Lob. p. 225).
35. βατήρ (Suid.).
36. βῆ (Suid.).
37. βουνός (Phryn. Lob. p. 355).
38. βριμοῦται (Suid.; Phryn. Bekk. p. 30, 31).
39. βυσσαύχην (Suid.).
40. βῶλος (Phryn. Bekk. p. 30. 22 (?); Phryn. Lob. p. 54).
41. γέλοιος (Suid).
42. γένεια (Suid.).
43. γέρρον (Suid.; Phryn. Bekk. p. 33. 25).
44. γεώλοφον (Suid.).
45. δάπιδες (Suid.; Phot. v. τάπητες).
46. δενδρυάζειν (Suid.).
47. δημοῦσθαι (Suid.).
48. διακυνοφθαλμίζεσθαι (Phot. v. κυνο-

φθαλμίζεται; Phryn. Bekk. p. 48. 31).
49. διαττᾶν (Suid.).
50. δίκορσον (Phryn. Lob. p. 233).
51. δίοπος (Suid.).
52. δορύξενος (Phot. v. ἰδιόξενος).
53. δωριάζειν (Suid.).
54. ἐγγλωττογάστορες (Suid.).
55. ἐδέατρος (Suid.).
56. ἐθάς (Phot. v. ἠθάς).
57. εἰςτρυπᾶν (Suid.).
58. εἶτα (Phryn. Lob. p. 124).
59. ἐκτρυπᾶν (Suid.).
60. ἐμμέλεια (Suid.).
61. ἐν χρῷ κουρά (Suid.; Phryn. Lob. p. 60).
62. ἐξέχειν (Suid.).
63. ἐπακτροκέλης (Suid.).
64. ἐπίδεσμα (Phryn. Lob. p. 292).
65. ἐρκάνη (Phot.).
66. ζυγόν (Phot.).
67. ἡδυλισμός (Phot.).
68. ᾔθεος (Phot.).
69. ἤλεκτρα (Phot.).
70. ἤνεγκον (Phryn. Bekk. p. 41. 28).
71. ἡνίοχοι (Phot.).
72. Ἡράκλεια (Phot. v. Ἡρακλεώτης λίθος).
73. θαλάμαι (Phot.).
74. θαλλός (Phot.).
75. θαλλοφόροι (Phot.).
76. θόλος (Phot.).
77. ἰδιόξενος (Phot.).
78. ἰδύους (Phot.).
79. ἰλλώπτειν (Phot.).
80. Ἴμβριοι (Phot.).
81. ἱμονιά (Phot.).
82. ἰνᾶσθαι (Phot.).
83. ἱππάκη (Phot.).
84. ἰτέα (Phot.).
85. κακκάβη (Phot.; Phryn. Lob. p. 427).
86. κάλη (Phot. v. κεκάληκας (?); Phryn. Bekk. p. 47. 20).
87. κάλλαια (Suid.).
88. καπρᾶν (Phot.).
89. κάρδακες (Phot.).
90. καρδιώττειν (Phot.).
91. καρηβαρεῖν (Phot.).
92. καρηβοᾶν (Phot.).
93. κατὰ κόρρης (Phryn. Lob. p. 175; Suid. v. ἐπὶ κόρρης).
94. κάχρυς (Phot.).
95. κέδρον (Phot.).
96. κελέοντες (Phot.).
97. κῆπος (Phot.).
98. κράστις (Suid.).
99. κρίβανος (Phot.; Phryn. Lob. p. 179).
100 Λακεδαίμων (Phot.).
101. λεσβιάσαι (Phot.).
102. Λέσβιον ᾠδόν (Phot.).
103. λίβηθρα (Phot.).
104. λίγδος (Phot.).
105. λιμός (Phot.; Phryn. Lob. p. 188).
106. λυκοφιλίως (Phot.).
107. μάγαρον (Phot.).
108. μάμμη (Phot.; Phryn. Lob. p. 133).
109. μανδύας (Phot.).
110. μασταρύζειν (Phot.).
111. μεῖραξ (Phryn. Lob. p. 212).
112. μέσαυλος θύρα (Phot. v. μεσαύλιον; Lob. Phryn. p. 195).
113. μυστίλαι (Phot.).
114. νεοττός (Phot.).
115. νεῶνας (Phot.)
116. νὴ τόν (Phot. v. μὰ Δία et ναὶ μὰ Δία).
117. νῶτον (Phot.; Phryn. Lob. p. 290).

118. ξυρήκης (Phot.).
119. ὅα (Phot.).
120. οἶσθα (Phot.).
121. ὄμφαξ (Phryn. Bekk. p. 56. 10; Phryn. Lob. p. 54).
122. ὄττα (Phot.).
123. ὀττεύεσθαι (Phot.).
124. οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας (Phot.).
125. οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐστυκὼς ἀνήρ (Phot.).
126. παλλάκια (Phot. v. παλλακόν?).
127. πασσυδί (Phot.).
128. παρώπιον (Phot.).
129. παστά (Phot.).
130. παῦ (Phot.).
131. παυσικάπη (Phot.).
132. πελιδνός (Phot.).
133. πέντε (Phot. v. πεντέπηχυ; Phryn. Lob. p. 412).
134. πόρπαξ (Phot.).
135. πρόξενος (Phot. v. ἰδιόξενος).
136. προὔνεικος (Phot.).
137. πτερνίς (Phot.).
138. πτύον (Phot. v. πτέον).
139. πύνδαξ (Phot.).
140. πύος (Phot.).
141. ῥᾳδιουργία (Phot.).
142. ῥᾳδιουργός (Phot.).
143. ῥάξ (Phot.; Phryn. Lob. p. 75).
144. ῥινᾶν (Phot.).
145. ῥῶπος (Phot.; Phryn. Bekk. p. 61. 31).
146. σακεύειν (Phot.).
147. σάκος (Phot.; Phryn. Lob. p. 257).
148. σηκός (Phot.).
149. σιλλοῦν (Phot.).
150. στάδιον (Phot.).
151. στρωματόδεσμον (Phryn. Lob. p. 401).
152. σῶς (Phot. vv. σᾶ et σῷ).
153. ταρροί (Phot.).
154. τηθαλλαδοῦς (Phot.; Phryn. Bekk. p. 65. 30; Phryn. Lob. p. 299).
155. τίτις (Phot.).
156. τρυσίππιον (Phot.).
157. τύλη (Phot.).
158. ὕαλος (Phot.; Phryn. Lob. p. 309).
159. ὑπέρινος (Phot.; Phryn. Bekk. p. 69. 15).
160. ὑποσακίζειν (Phot.; Phryn. Bekk. p. 68. 30).
161. φάλαγξ (Phot.).
162. φάρυγξ (Phot.).
163. φάσκωλος (Phot. v. φασκώλιον).
164. χάραξ (Suid.; Phryn. Bekk. p. 72. 1; Phryn. Lob. p. 61).
165. χορταῖος (Suid.).
166. ψατάλλειν (Phryn. Bekk. v. ἀναψαθάλλειν, p. 9. 6; Suid.).
167. ψύλλα (Phot.; Phryn. Lob. p. 332).
168. ᾤα (Phot.).
169. ὤζειν (Phot.).
170. ὤνευον (Suid.; Phryn. Bekk. p. 57. 21).
171. ὠτακάταξις (Suid.).
172. ὦτος (Suid.).

Has glossas CLXXII, quemadmodum apud scriptores supra laudatos exstant, cum Eustathianis, cum iis igitur, quae Dionysio nominatim tribuuntur, iterum comparavi et in quattuor partes divisi. Prima classis eas continet glossas, quae aut totidem verbis

apud utrosque leguntur aut tam leniter inflexa et commutata, ut ne punctum temporis quidem, quin ex eodem fonte manaverint, dubitare quis possit. Altera annotationes exhibet, quae in Παρεκβολαῖς brevius, tertia, quae ibidem plenius scriptae inveniuntur. In quartam denique eas relegavi glossas, quarum tam diversa apud Eustathium et apud ceteros est facies, ut, nisi aliunde indicia et argumenta accedant, de communi origine primo obtutu nihil statuere audeas.

Primae classis glossae sexaginta duo:

1. ἀγαθοῦ δαίμονος.
2. ἀγαθώτερος.
3. ἀγγαρεύομαι.
4. ἀγγαροφορεῖν.
5. ἀστόξενος.
6. αὐθέντης.
7. βατήρ.
8. βυσσαύχην.
9. βῶλος.
10. δίοπος.
11. δορύξενος.
12. δωριάζειν
13. ἐγγλωττογάστορες.
14. ἐδέατρος.
15. εἰςτρυπᾶν.
16. εἶτα.
17. ἐκτρυπᾶν.
18. ἐν χρῷ κουρά.
19. ἐπίδεσμα.
20. ἐρκάνη.
21. ἡδυλισμός.
22. ἡνίοχοι
23. θαλάμη.
24. θαλλοφόροι.
25. ἰδιόξενος.
26. ἰλλώπτειν
27. Ἴμβριοι.
28. ἰνᾶσθαι.
29. ἱππάκη.
30. κάλη.
31. καρηβοᾶν.
32. κελέοντες.
33. κυνοφθαλμίζεσθαι.
34. λίγδος.
35. λιμός.
36. μυστίλαι.
37. νὴ τόν.
38. ξυρήκης.
39. ὄα
40. ὄττα.
41. ὀττεύεσθαι.
42. οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας.
43. οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐστυκὼς ἀνήρ.
44. παστά.
45. παῦ.
46. πελιδνός.
47. πέντε.
48. πρόξενος.
49. πτερνίς.
50. πτύον
51. πύνδαξ.
52. ῥᾳδιουργία.
53. σακεύειν
54. τηθαλλαδοῦς.

55. τύλη.
56. ὑπέρινος.
57. φάρυγξ.
58. χάραξ.
59. χορταῖος.
60. ὤνευον.
61. ὠτοκάταξις.
62. ὦτος.

Secundae classis glossae quadraginta quattuor:

1. ἅβρα.
2. ἀβυρτάκη.
3. ἄγγαρος.
4. ἄγριος ἔλαιος.
5. Ἀθηναῖαι.
6. αἰγίς.
7. αἱμασιά.
8. ἄκασκα.
9. ἀλάβαστρον.
10. ἄλλος οὗτος Ηρακλῆς.
11. ἀνύω.
12. ἄπαν.
13. ἄσβολος.
14. βῆ.
15. βουνός.
16. βριμοῦται.
17. ἐξέχειν.
18. ἐπακτροκέλης.
19. ζυγόν.
20. θόλος.
21. κακκάβη.
22. καρδιώττειν.
23. κέδρον.
24. Λακεδαίμων.
25. λεσβιάσαι.
26. λίβηθρα.
27. μάγαρον.
28. μασταρύζειν.
29. μεῖραξ.
30. νῶτον.
31. οἶσθα.
32. ὄμφαξ.
33. πασσυδί.
34. πραΰνεικος.
35. ῥᾳδιουργός.
36. ῥάξ.
37. σηκίς.
38. στάδιον.
39. ταρροί.
40. ὕαλος.
41. φάλαγξ.
42. φάσκωλος.
43. ψύλλα.
44. ᾠα.

Tertiae classis glossae una et quadraginta:

1. ἄγνος.
2. αἴνειν.
3. ἀκέανοι.
4. ἀκέστρια.
5. ἀληθεία.
6. ἀρεστήρ.
7. γέλοιος.
8. γεώλοφον.
9. δάπιδες.
10. δενδρυάζειν.
11. δημοῦσθαι.
12. διαττᾶν.
13. ἐμμέλεια.
14. ᾕθεος.
15. ἤλεκτρα.
16. ἤνεγκον.
17. Ἡράκλεια.
18. ἰδύους.
19. ἱμονιά.
20. ἰτέα.

21. καπρᾶν.
22. κάλλαια.
23. καρηβαρεῖν.
24. κάχρυς.
25. κῆπος.
26. κράστις
27. κρίβανος.
28. Λέσβιον ᾠδόν.
29. λυκοφιλίως.
30. νεῶνες.
31. παρώπια.
32. παυσικάπη.
33. πόρπαξ.
34. ῥινᾶν.
35. ῥῶπος.
36. σάκος.
37. σιλλοῦν.
38. σῶς.
39. τρυσίππιον.
40. ὑποσακίζειν.
41. ὤζειν.

Quartae classis glossae viginti quinque:

1. ἀγείρειν.
2. ἄγημα.
3. ἄγριαι στρουθοί.
4. ἄμβωνες.
5. ἀμφιτάπητες.
6. ἀρδάνιον.
7. ἁρπάγη.
8. ἀχυρός.
9. βασίλεια.
10. γέρρον.
11. δίκορσον.
12. ἰθάς.
13. θαλλός.
14. κάλλαια.
15. κάρδακες.
16. κατὰ κόρρης.
17. μάμμη.
18. μανδύας.
19. μέσαυλος θύρα.
20. νεοττός.
21. παλλάκια.
22. πύος.
23. στρωματόδεσμον.
24. τίτις.
25. ψατάλλειν.

Cuiusque generis aliquot subiungam specimina.

I. Apud Eustathium (p. 1403. 41) legitur:

ἐδέατρος· τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν, ἡ δὲ χρεία Περσική. ἦν δὲ προγεύστης προεσθίων τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς.

Apud Suidam in voce:

ἐδέατρος· τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν, ἡ δὲ χρεία Περσική. ἦν δὲ προγεύστης τὸ πρῶτον καὶ προήσθιεν τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς.

Vides Suidam vel potius Photium, cuius scrinia Suidas compilavit, *τὸ πρῶτον* inseruisse, in ceteris ne uno quidem verbo mutato.

Apud Eustathium (p. 576. 41):

ἡνίοχοι· Ἀθήνησι τάγμα ἦν ἀξιόλογον· κατελέγοντο γὰρ οἱ εὐπορώτατοι ἁρματοτροφήσοντες.

Apud Photium in voce, primis verbis omissis:

ἡνίοχοι· οἱ εὐπορώτατοι Ἀθήνησι κατελέγοντο ἁρματοτροφήσοντες ὥσπερ οἱ ἱππεῖς.

Apud Eustathium (p. 999. 32):

χάραξ· τὸ τῆς ἀμπέλου ὑπόστημα, θηλυκῶς· τὸ χαράκωμα τοῦ στρατοπέδου, ἀρρενικῶς.

Apud Phryn. Bekk. p. 72. 1:

χάραξ· θηλυκῶς, ἐπὶ τοῦ τῆς ἀμπέλου στηρίγματος· τὸ μέντοι χαράκωμα ἀρρενικῶς, ὁ χάραξ.

II. Apud Eustathium (p. 603. 16):

αἰγίς· τὸ ἐκ τῶν στεμμάτων δίκτυον.

Apud Grammaticum Bekkeri (p. 354. 4):

αἰγίς· τὸ ἐκ τῶν στεμμάτων πλέγμα· καὶ τὸ διάστεμμα τῶν πεπλεγμένων δικτύων· καὶ τὸ Διὸς ὅπλον· καὶ ἀνέμου συστροφή, ἣν καὶ καταιγίδα καλοῦσι· καὶ θώραξ· καὶ ἡ ἐν ταῖς πεύκαις οὐλότης.

Vides alterum altero multo esse pleniórem.

Apud Eustathium (p. 1390. 53):

ἄσβολος· θηλυκῶς.

Apud Grammaticum Bekkeri (p. 450. 32):

ἄσβολος· θηλυκῶς, ἡ ἄσβολος· οὐδὲ γὰρ ἀρρενικῶς ὁ ἄσβολος. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·

τὰ πλεῖστα γάρ
ἀποπεπώνηκας· φεῦ, ἰοὺ τῆς ἀσβόλου.

Eustathius *χρῆσιν* a Dionysio adscriptam resecuit, Grammaticus servavit.

Apud Eustathium (p. 1871. 61):

ἐπακτροκέλης· πλοῖον λῃστρικόν.

Apud Suidam in voce:

ἐπακτροκέλης· πλοῖον λῃστρικὸν μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος, ἅπερ καὶ αὐτὰ πλοιάριά ἐστιν.

Apud Eustathium (p. 1390. 55):

στάδιον· τὰ στάδια καὶ οἱ στάδιοι.

Apud Photium in voce:

στάδια καὶ σταδίους· ἑκατέρως λέγουσιν· ὁ Θουκυδίδης δὲ σταδίους ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν· ἅπαξ δὲ μόνον στάδια εἴρηκεν ἐν ζ'. ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπὶ πολλὰ στάδια μέλλων ἰέναι.

III. Apud Eustathium (p. 801. 57):

αἴνειν· τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν τὰς κριθὰς ὕδατι φύροντα. Φερεκράτης·

νῦν ἐπιχεῖσθαι τὰς κριθὰς δεῖ, πτίττειν, φρύγειν, ἀναβράττειν, αἴνειν.

Apud Grammaticum Bekkeri (p. 360. 32):

αἴνειν· τὸ ἀναδεύειν καὶ ἀνακινεῖν τὰς κριθὰς ὕδατι φυρῶντα.

Modo videbamus Grammaticum *χρῆσιν* ab Eustathio resectam adscripsisse. Nunc plane contrarium accidit. Eustathius adscribit, Grammaticus omittit.

Apud Eustathium (p. 911. 62):

ἰτέα· ἀσπίς. Ἀριστοφάνης·

ἀνὴρ πεδήτης ἰτέαν ἐνημμένος.

Apud Photium in voce:

ἰτέας· τὰς ἀσπίδας.

Apud Eustathium (p. 1822. 43):

ῥινᾶν· τὸ ἐξαπατᾶν ὅτι δηλαδὴ αἱ ῥῖνες ἐξαπατήσουσι (τῶσι τὴν?) κύνα. Μένανδρος· ἐγώ γ' ἐπίσταμαι ῥινᾶν.

Apud Photium in voce:

ῥινᾶν· ἐξαπατᾶν· οὕτω Μένανδρος.

IV. Apud Eustathium (p. 1399. 61):

ἄγημα· παρὰ Μακεδόσι τάγμα ἀπόλεκτον ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν.

Apud Grammatieum Bekkeri (p. 327. 26):

ἄγημα· τὸ προῖὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν· οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως.

Discrimen tantum est, ut de utriusque glossae affinitate dubitare possis, licet aliqua sit verborum similitudo.

Apud Eustathium (p. 1278. 50):

κάλλαια· παρὰ τῷ κωμικῷ οἱ πώγωνες τῶν ἀλεκτρυόνων καὶ τὰ ἐν τῇ αὐτῶν οὐρᾷ πτερά.

Apud Photium in voce:

κάλλαια· τὰ τῶν ἀλεκτρυόνων γένεια.

Itaque subtractis quinque et viginti quartae classis glossis, e ducentis et septuaginta, quas apud Eustathium deprehendimus, restant centum quadraginta septem, quas ex Aeliano opere in Photii aut Suidae Lexica, in Phrynichi Praeparationem Sophisticam aut in eiusdem Eclogam, aut denique in Anonymi συναγωγὴν λέξεων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν fluxisse novimus, atque ita novimus, ut nullus dubitationi relictus sit locus. Atqui, si ex his glossis, temere et ut casus ferebat, per vastum Eustathii opus hic illic dispersis, tantam messem colligere nobis contigit, qualem totam segetem fuisse iure exspectamus? Nonne centies uberiorem et locupletiorem? Neque, si quid video, spem nostram fefellit eventus.

Ipsa ratio, quam secuti sumus in glossis Eustathianis indagandis et cum aliis comparandis, indicio esse debet, quemadmodum reliquae etiam, apud va-

